uamuiſ uota libenſ excipiat dſ. II 2,9
Multi prodiguſ auri
Et clariſ auidoſ ornet honoribuſ
Nil iā parta uidentur
Sed queſita uoranſ ſeua rapacitaſ
Altoſ pandit hiatuſ.
Que iam precipitem frena cupidinē
Certo fine retentent.
Largiſ cum potiuſ munerib; fluenſ
Sitiſ ardeſcit habendi
Nūquā diueſ agit qui trepiduſ gemenſ
Seſe credit egentem.
Cū polo phoeb; roſeiſ quadrigiſ II 3
Lucē ſpargere ceperit
Pallet albenteſ hebetata uultuſ
Flāmiſ ſtella prementibuſ
Cū nemuſ flatu zephiri tepentiſ
Uerniſ inrubuit roſiſ
Spiret inſanū nebuloſuſ auſter
Iā ſpiniſ abeat decuſ
Sepe tranquillo radiat ſereno
Immotiſ mare fluctibuſ
Sepe ferueteſ aquilo ꝓcellaſ
Uerſo concitat aequore

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 3r – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48811)